

CLANGOR

finem peruenisti, Dicit enim Rasis, Morienus
& Afsiduus: Quia terra cum sit dealbata, candida
fit fixa propter fixationem lunæ, sed non fixa fi-
saltus lunæ xione solis, & ideo tingit in lunam. Et postea in
opere est saltus lunæ, id est, sublimatio humiditatis
lunaris & circulus solis, Quia post extractio-
nem spiritus solaris a corpore suo mortuo, fit &
animæ restitutio & corporis viuificatio.

Dicit Plato: Quia omni argento inest sulphur al-
bum, sicut omni auro inest sulphur rubeum, &
tale sulphur non reperitur super terram, vt dicit
Auicenna, sicut in istis duobus corporibus con-
sistit. Et ideo ista corpora subtiliter præpara-
mus, vt sulphur & argentum viuum de illa mate-
ria habeamus super terram, de qua aurum & ar-
gentum efficiebatur subtus terram.

*Via alia practica. Aliqui sic faciunt
cum terra.*

Cum iam habes terram exsiccatam, tunc fac
in vitro, & pone super ipsam de Mercurio sex-
tam vel septimam eius partem, vt soluatur, qua-
re prius pondera ipsam, & sigilla vitrum sigil-
lo Hermetis ne flos fugiat, & super lento calore
in cineribus exsicca & congela, & istam solutio-
nem & congelationem quater reitera, quarta
vice